49

D

Quas ad me de negotio D. Danaej literas scripsistis
vidi non sine animj molestia quod satis intelligam eo
absente Theologicam scholam desertam fore. Mihi sane
cum primum auctor essem instituende schole illud
in primis propositum erat vt Study Theologicj prima et
summa haberetur ratio. Gratum mihj fecissetis si causas
venie ab ipso petite literis vris explicassetis, quod
tamen ex aliorum literis intellexj, illud ad ordines
Hollandie perscribo, simul moneo vt suam mea cum
auctoritate coniungant, videantq vt quam primu istj
malo remedium afferatur. Interim vt D. Danaej
consilium suspendatur vestro et meo nomine apud
illum agite. Quantum enim in me erit, tantum enitar
vt istud malum ex Ecclesia et schola tollatur,
meamq operam rebus vestris libenter semper impendam
Valete x Marty 1582 Antverpie.

Vniverso vro ordinj deditus

Guillus a Nassau

Universiteitsbibliotheek Leiden
Archief Senaat 281, f. 49 r-50 v
http://www.inghist.nl/Onderzoek/Projecten/WVO/brief/9445

1582 Mart. 1

Lrae Principis ad Acad.
de Domes[?] [illegible]

H. 21

Mag.co Dno

Ornatiss.is Doctissimisq.
viris Rectori, Doctoribus
et Professoribus Academie
Lugdunensis.

Universiteitsbibliotheek Leiden
Archief Senaat 281, f. 49 r-50 v
http://www.inghist.nl/Onderzoek/Projecten/WVO/brief/9445